Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera

In Qvinqve Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

In Lavdem D. Ioannis Iusti Lanspergij Epigramma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47044

IN LAVDEM D. IOANNIS Iuſti Lanſpergij Epigramma.

IVſtus Ioannes claro Lanſpergius ortu
Bauariam ſtudijs excoluit patriam.
Nomine non tantum iuſtus, ſed rebus honeſtis
Iuſtus vterq́ꝫ parens, iuſtus & ipſe fuit.
Palladios frutices & Chriſti robora carpens
Æthereum niueo pectore triuit iter.
Quum ſacris animum ſcriptis ornaſſet acutum,
Illecebras fugiens Carthuſiam petit.
Delicijs animum ſtudio ſubtraxit opimis,
Prædulces epulas viribus effugiens.
Æra ſub æterno feruenter rege merebat,
Hæreticis terror dæmonibusq́ꝫ fuit.
Arrepto fidei furias mucrone fugabat,
Sydereo clypeo vicerat omne ſcelus.
Rebus in afflictis docti ſolatia tantum
Præbebant, nec non fortia ſcripta virum.
Ante oculos ſemper Chriſti radiabat imago,
Ante oculos ſemper virgo ſacrata ſtetit.
Iuſtitiam coluit, magna pietate celebrem
Quam Deus immenſo miſit ab axe Pater.
Nunquam proſilijt Titan rubicundus ab ortu
Quin properet menſa ſacra parare Dei:
Verba nec incaſſum ſummo de pectore fudit
Sed lingua valido fræna labore parat.
Sæpius aduerſa preſſus valetudine miles
Attamen infracta mente pharetra tulit.
Luxuriæq́ꝫ patrem ſæuum contempſit Iacchum
Spicula laſciuæ ſpreuit amara deæ
Otia non fouit, falſis ſudoribus omnes
Scripturæ nitido peruolat ore locos:
Haud ſecus ac tenui lætos cum murmure flores
Sedula luſtrat apis, dulcia m lla legens.
Cum iam ſpectaret tantis erroribus orbem
Iuuerſum, mortis ſæpè diem petiit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN